


Delineatio Processus Judiciarii : In Tabellas Redacti

Gryphiswaldiæ: Gryphiswaldiæ: Apud Johannem Jacobum Weitbrecht: Stanno Struckiano, MDCCXLIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn1841506478>

Druck Freier  Zugang








1202.



Ea IV
419-2°







DELINEATIO
PROCESSUS JUDICIARII,
IN
TABELLAS
REDACTI.

AUCTORE
AUGUSTINO BALTHASARE,

J. U. D. ET PROFESSORE ORDINARIO,
REGIÆ SOCIETATIS TEUTONICÆ GRYPHICÆ
DIRECTORE.

GRYPHISWALDIÆ
APUD JOHANNEM JACOBUM WÉITBRECHT.
MDCCXLIII.

DELINEATIO
PROCESSUS JUDICIARII

in
TABELLAS

REDIGIT

ANGUSTINO BALTHASARE

EGD ET PICTORIS ORDINARIO
REI SOCETATIS TESTONICAE CERTIFICIO
DIRECTOR

GRAPHSIMYDIA
ALD JOHANNES JACOBUS MELITARCHUS
MDCCXIIII

B. L.

Cum haec tenus in delineanda universa Jurisprudentia, qua tria ejus objecta, *Personas* nempe, *Res & Actiones*, occupatus, ac melioris perspicuitatis gratia, methodo concatenata *Tabellarum* usus fuerim: Operæ quoque pretium esse duxi, ultimo objecto juris, quod de Actionibus agit, adjicere succinctam delineationem *Processus judiciarii*, qua omnes materiæ judiciales, ordine naturali, quo in judicio peragi solent ac debent, perspicue ac distincte sunt tractatæ, ita, ut uberiori discursui in Collegio practico ansam præbere possint. Quæ opera nostra, ut tibi, B. L., placeat studiisque tuis conducat, est, quod in votis habeo.

AUTOR:

NOTUA

DELINÉATIONIS
PROCESSUS JUDICIARII


IN
T A B E L L A S
REDACTI,
PLAGULA I.

QVAM
PRÆSIDE
AUGUSTINO BALTHASARE,

J. U. D. & P. O.
DIE XXIII. JUNII AN. MDCCXLIL

PUBLICE
IN AUDITORIO JURIDICO
DEFENDET
CHRIST. ERNST AUGUST DE PLATEN,
NOBIL. RUG.

GRYPHISWALDÆ STANNO STRUCKIANO.



INSTITVVNTVR
ACTIONES
IN
JUDICIO.

*De hoc Lexicographi XV. afferunt significationes;
Potissimum autem in jure sumitur*

I. pro LOCO, quo jus dicitur. Sic in Imperio R. Gerim. est
vel universale, quod nomine Imperatoris & Imperii, per universum Germaniae imperiū jus dicit, ut est
1) Judic. Aulicum, der Reichs-Hoff-Rath zu Wien.
2) Judic. Camerale, das Reichs-Cammer-Gericht zu Wetzlar.
vel particulare, quod sātem ex auctoritate Principis eiusdem territorialis in suo
territorio jus dicit, & est
vel provinciale, quod per totam provinciam Jurisdic. suam extendit;
vel municipale, quod in certo sātem Municipio seu Civitate jus dicendi auto-
ritatem habet, & est
vel inferius, Niedergericht, quod jus dicit in prima instantia, & quidem
in causis privatis, in genere & proprio dicitur das Stadt-Gericht.
in causis publican Politiam & jura Collegiorum Opificum concernentibus;
& dicitur die Cammer.
in causis mercaturae insp., & dicitur das Wedde-Gericht.
vel superiorius, quod integer Senatus constituit, & quorsum cause a judicis
inferioribus per provocaciones devolvuntur.
vel Paganum, quod in pagis exercetur; & est
1) Praefecturarum regiarum, die Königl. Ambts-Gerichte.
2) Nobilium
vel in Sub-Vassallos;
vel in Rusticos suos, vi Jurisdictionis patrimonialis

A
Schul-

a b
 a] Schulteticum, das Schulzen- oder Bauer Gericht. De variis judiciis patriæ nostræ vid. Histor. Nachricht von denen Landes Gerichten in Pommern und Rügen, 1736. in fol. edit.

II. pro JURISDICTIONE, quæ est autoritas judici ad decidendas controversias judiciales a Principe concessa.

1) jure Romano erat
 vel extraordinaria, quæ ex speciali legis concessione competebat. Hodie vero ordinario Magistratus officio adhæret

vel ordinaria, quæ jure magistratus ordinario competit, & est
 vel Voluntaria, quæ tantum inter volentes autoritatis gratia, interdum

cum causæ cognitione;

vel contentiosa, quæ in invitox exercetur in omnibus actionibus, & hæc est.

a] vel Civilis, quæ exercetur in causis Civilibus. Cujus tres erant partes ordinariae,

a. FACTI COGNITIO, vulgo NOTIO dicta, qua alicui nuda causæ cognitione competit, quæ plerumque Judicibus Pedaneis committebatur.

b. JURISDICTION in sp. s. simplex, quæ erat publica jure Magistratus competens potestas de controversiis civilibus secundum jus constitutum cognoscendi & statuendi.

c. MIXTUM IMPERIUM, quod erat potestas publica statuta & judicata in causis civilibus modica coercitione tuendi & exequendi. Hoc hodie Jurisdictioni semper coheret, potest tamen abesse, ut in Summis imperii Tribunalibus, quibus facultas quidem cognoscendi ac decidendi, non vero exequendi competit, quæ Dicibus Circularibus, denœ Crayß: Obersten, est reservata.

vel Criminalis, quæ est publica in causis Crimin. jurisdicendi & in reos Criminum animadvertisendi potestas, & dicitur MERUM IMPERIUM s. JUS GLADI.

b] vel Principalis, s. Propria, quæ principaliter alicui concessa est, ut suo jure ipsi competit.

vel minus principalis, s. non propria, quæ alieno beneficio exercetur. Estque vel mandata, quæ alterius mandantis vice & nomine exercetur; quam-| le hodie exercet Commissarius s. Jūdex delegatus; falso quod hic ad tenorem sui Commissorii sit adstrictus.

vel Prorogata, quæ voluntate partium extra terminos alienos exerce-| tur; & hæc est

vel expressa, quæ scil. expresso consensu partium contingit, modo

non in causis non prorogabilibus.

vel tacita, quando consensus partium colligitur ex facto & circum-

stantiis, & hæc est

a b

vel *Voluntaria* v. g. quæ oritur ex *L. C.* coram *judice incompetente*,
omissa *foro exceptione*.

vel *Necessaria*, ex *reconvocatione* scil. instituta coram *judice rei*.

2) *Hodie* distingui solet *jurisdictio*, quod sit *ratione objecti*.

a] vel *ECCLESIASTICA*, quæ exercetur *tam in personas, quam causis ecclesiasticis*, in *terris Protestantium* plerumque per *CONSISTORIA*.

vel *SECULARIS* quæ in *causis secularibus* obtinet, & hæc varie dispesci solet, ita ut sit

vel *Allodialis*, in *causis allodialibus*,

vel *Feudalis*, in *causis feudalibus*,

vel *Forestalis*, in *causis forestalibus*,

vel *Cameralis*, in *causis cameralibus*,

vel *Militaris*, in *personas militares*. &c.

b] vel *PERSONALIS* s. *ADMINISTRATORIA*, quæ *personis ratione officii conceditur*, & cum *persona expirat*. Hæc cumulative concessa intelligitur, ita ut superiori *Judici* vel *Principi* integrum sit *causas avocare*, vel *eadem* in *illo judicio certo modo dirigere*.

vel *REALIS* s. *PATRIMONIALIS*, quæ *est in alicuius patrimonio*, & *transit* in *eius Successores etiam universales*. Et hæc *privative* s. *subordinate concessa*, ita ut *Princeps* se *privet* *presenti exercitio*, qua *primam* scil. instantiam. Et hæc *est*

vel *Privilegiata*, quam *exercent Academias*, hinc *academica dicta*; & hæc *alio sensu est*

vel *Personalis*, quam *exercent in omnes Cives suos, etiam extra locum academie commorantes*; Cum *Academie regularitez non habeant territorium*.

vel *Realis*, quam *exercent in personas non academicas, in loco jurisdictioni s. territorio Acad. subiecto commorantes vel delinquentes*.

vel *simplex*, s. *non privilegiata*, qualis *est*

1] *MUNICIPALIS*, *Civitatibus municipalibus concessa*,

2] *NOBILUM* in *pagis*, de *quibus supra*.

III. pro *ACTIONE ipsa in judicium deducta*, & *sic est*

1] vel *REALE*, in *quo de jure in re s. actione reali*,

vel *PERSONALE*, in *quo de jure ad rem, s. in personam, actione personali*,

vel *MIXTUM*, in *quo de jure in re & ad rem actione mixta contenditur*.

2] vel *UNIVERSALE*, *quo agitur de omnibus juribus ad certam personam spectantibus*,

vel *GENERALE*, *quod certum genus, non universitatem complectitur*,

vel *SINGULARE*, in *quo de certis rebus singularibus agitur*.

3] vel *CIVILE*, *quod ad privatum actoris interesse*,

vel *CRIMINALE*, *quod ad publicam vindictam*,

vel *MIXTUM*, *quod ad utrumque tendit*.

a b

4] vel PETITORIUM, quo principaliter agitur de dominio vel alio iure in re, excepta possessione, quæ est facti.
 vel POSSESSORIUM, quo de possessione acquirenda, retinenda, vel recuperanda agitur. Et hoc iterum est
 vel ordinarium, s. plenarium, in quo de qualitate possessionis antiquioris & justioris disceptatur, & plena probatio requiritur.
 vel Extraordinarium, s. summarium, s. summarissimum s. momentaneum, in quo solum præsentanea possessionis factum attenditur, & ad obtinendum decretum suauitentie valer. & qualis qualis judicis probatio informatoria s. demonstratio sufficit; & Jur. Saxon. distinguitur quod sit
 vel Inhibitivum, quando mandato sine clausula injungitur, ab actu aliquo abstinere; & tantum ad Dicasteria, non alias Magistratus municipales spectat.
 vel non inhibitivum. vid. CARPZOV. in Proc. T. I. a. §. n. 49. Tit. XXII. a. 1. v. 10.

5] vel ab Adjuncto est
 vel Cessibile,
 vel non cessibile.

IV. pro INSTANTIA JUDICIALI. Et hoc sensu est legitima causæ controversæ inter litigantes coram Judice, cum in finem instituta tractatio, ut bujus sententia lis finiatur. & sic

1] ratione causæ efficientis
 a. remotæ, est
 vel publicum, quod ex LL. judiciorum publicorum venit;
 vel Privatum, quod ex dictis LL. non descendit.
 b. proximæ, & est
 vel ordinarium, quod instituebatur
 vel coram Magistratibus s. Prætore, quibus Jurisdictio cum mixto imperio competebat, & de jure faltem cognoscabant, ordinariæ que non nisi ea, quæ Lit. Cont. antecedunt, peragebant, quod dicebatur fieri in jure, reliqua judicibus pedaneis vel arbitris committebant.
 vel coram Judicibus Pedaneis vel arbitris, qui de facto cognoscabant, post litis contestationem, & ex formula a magistratu præscripta sententiam ferebant; Quod dicebatur fieri in judicio.
 vel Extraordinarium, quando ipse Prætor & de facto & de jure cognoscet. Qualia jure novo erant interdicta, aliæque extraordinariæ cognitiones. vid. HEINECC. Instit. Tit. de Offic. jud. §. 2. it. JO. SAM. STRYCKII D. de Processu juris Romani antiquo. C. 5.

2] ratione litigantium

a b

vel

a b
 vel *simplex*, ubi singuli *actoris* & *rei ius* habent,
 vel *Duplex* in quo unus *actor*, alter *reus* est.
 3] vel *Præparatorium*, scil. ad futurum *judicium*, & hoc est
 | vel *Exhibitorum*, ut 1. *actio de edendo*, 2. *ad exhibendum*.
 | vel *Provocatorum*, ut 1. *Rem. ex l. si contendat*, & 2. *ex l. Diffam.*
 vel *Principale*, quod ad *causam principalem* finiendam tendit.
 vel *Accessorium*, utp. 1. *Interventio*. 2. *Litis denunciatio*. 3. *Processus reassum.*
 tio. 4. *Nominatio*.

V. Pro PERSONIS *judicium* constituentibus. Quæ sunt
 vel PRINCIPALES, sine quibus *judicium* constitui non potest. Quales sunt
 1.] *JUDEX*, qui est *persona publicam* habens *autoritatem de causis* *controversis*
 cognoscendi, easque sua *sententia* definiendi, & hic est
 vel *Ordinarius*, qui suo nomine & proprio *jure* *causam* cognoscit ac de illa
 sententiam fert, & est
 vel *inferior*, qui in *inferiori* s. *prima instantia* cognoscit,
 vel *superior*; ad quem ab *inferiori* *lis* per *remedium* *aliquid impugnati*
vium *devolvitur*.

In utroque consideratur:

1.] *Eius HABILITAS*, quæ in eo est, quod neque
 1. *impeditur natura*, ut *Impubes*, mente *captus*, *cæcus*, *mutus*
 atque *surdus*.
 2. neque *prohibeatur a lege vel consuetudine*, ut *infames*, *LL. impre*
riti, *Servi*, *Fœminæ*.
 3. non sit *suspensus*, qui *recusari* potest a *partibus*.

2.] *COMPETENTIA*, ad quam requiritur
 a. ut *Magistratus* habeat illam *jurisdictionis* speciem ad quam *causa*
controversa pertinet. *De qua supra*.
 b. ut *reus* *ratione* *hujus causæ* *FORUM* *ibidem* *fortiatur*; quod contingit
 vel *jure communī*, & quidem
 vel *ex persona propria*,
 vel *in genere in omnibus causis*, *ratione scil. DOMICILII*, quod
 vel *commune* ut *Roma*, cuius tamen hodie nullus *supereft*
 us,
 vel *proprium*, s. *peculiare*, quod est
 vel *NATURALE s. ORIGINIS*, quod iterum
 vel *respectu parentis*, ubi scil. *pater alieius est. legitimus civis*, & hoc erat *immutabile*. Hodi
 tamen non amplius attenditur.
 vel *respectu proprie nativitatis*, quod *de J. Civ.* est
immutabile, & *hodienum eousque attenditur*,
 donec quis aliud sibi *elegit*.

A 3

vel ACCI

a	b	c	d	e	f	g	h	i
								vel ACCIDENTALE, quod constituitur per HABITATIONEM certo in loco, animo perpetuo ibi consistendi inst tutam, & hoc est
								vel necessarium, quod quis ex necessitate habet, v. g. relegati, uxores, Senatores Romæ.
								vel voluntarium, quod libera voluntate quis sibi constituit.
								vel in specie
								1. in loco CONTRACTUS, ubi scil. Reus ex conventione vel quasi quid præstare tenetur.
								2. DELICTI, tam ubi delictum inchoatum, quam consummatum.
								3. DEPREHENSIONIS. Remissio enim delinquentis hodie non est necessitatis. Nisi 1) diversi Judices uni Principi subsint. 2) inquisitio jam sit cœpta, & reus aufugerit. 3) si peratur ad confrontationem. Quamvis tamen & his casibus in prælia Reversales dari solent.
								4. REI SITE, ubi scil. res, de qua contenditur, est sita.
								5. propter CONNEXITATEM CAUSARUM, que oritur vel ex generalitate actionis competentis tam <i>objectiva</i> , i. e. causarum, quam <i>subjectiva</i> , i. e. personarum vel ex <i>singulari cognitione</i> vel <i>juris</i> vel <i>facti</i> . Ita judicium principale ad se trahit etiam præparatorium; possessorum petitorum, &c.
								vel ex alterius persona, ut hæres, qui actiones contra defunctum radicatas suscipere tenetur, etiam si absens sit, & proprio privilegio hoc forum alias declinare posset.
								vel jure singulare, s. <i>privilegio</i> , quod concessum vel persone
								1. <i>actoris</i> , intuitu personarum misérabilium, que ream statim in supremo Principis Consistorio convenire possunt.
								2. <i>Rei</i> , ut Clerico, Studioso, Militi, Principum Consiliariis ac Ministris.
								vel <i>causæ</i> , ut sunt ecclesiasticae, feudales, Fiscales, & causæ Status.
								3. OFFICIUM, quod Judex ut Judex facere tenetur. Quod est vel <i>Nobile</i> , quod speciali actioni non inservit, sed ex æquitate, vel proprio merito, vel propter nudam implorationem exercetur.
								vel <i>Mercenarium</i> , quod actionis institutæ naturam stricte sequitur, nec ultra eam quidquam adjudicat.
								vel Extraordinarius, qui non auctoritate propria, sed ex voluntate aliorum ius dicit, vulgo ARBITER dictus, qui
								vel in genere dicitur, cuius arbitrio res gubernatur.
								vel in specie, qui ab aliis eligitur, ad arbitrium suum interponendum, estque
								vel publican

a b c
 vel *publicus*, qui a *Magistratu* s. *Prætore* eligitur
 vel ad *totam controversiam* decidendam, ut in *judiciis b. f.* & *arbitriis* fieri solebat.
 vel ad *causam incidentem*, & hic est *arbiter iuris*. Hodie dicitur
COMMISSARIUS, s. *Judex delegatus*, qui ex *voluntate judicis committentis* seu *delegantis* cognoscit, vel *item dirimit*, & *strictè ad tenorem* *Commissorii* est *adstrictus*, estque
 vel *Regius*, qui *immediate a regia majestate*
 vel *Judicarius*, qui a *Judice ordinario* est *delegatus*. vid. *Histor. Nachricht von den Landes-Gerichten* p. 271.
 vel *privatus*, qui a *privatis* eligitur
 vel ex *L. dispositione*, qui *statutarius* appellatur, ad *quos* referuntur
 1. *AUSTREGÆ*, qui *inter Principes litigantes* eliguntur, ut *coram his causa* in *prima instantia* *ventiletur*, & sunt
 vel *Conventionalis*, s. *Familiae*, qui *voluntate Statuum* *lite inter ipsos* *nata ad definiendam eam*, *quoad primam instantiam*,
 vel *Legales*, qui *vi ordinationis Cameralis* *ordinariam jurisdictionem de causis Statuum Imperiali* cognoscendi in *prima instantia* *habent*. v. *Hist. Nachr. c. 1. p. 278.*
 2. *PARES CURIÆ*, qui in *causis* *fidalibus*, *lite inter Dominum atque Vasallum* *incidente*, *constituantur*. v. *Hist. Nachr. c. 1. p. 288.*
 3. *FACULTATES JURIDICÆ* atque *SCABINATUS*, Germ. *Schöppen-Stühle*, v. *c. 1. p. 291.*
 vel ex *libera voluntate partium*, & si *hic officium illud a partibus delatum* in *se suscepit*, illud *RECEPTUM* dicitur. Hic est
 vel *arbiter COMPROMISSARIUS in specie*, qui *quasi judex libera partium voluntate, quæ COMPROMISSUM* dicitur, *ad controversias*, *secundum* *judiciorum ordinem cognoscendas*, & *libero suo arbitrio* *definiendas electus*. Estque
 vel *Generalis*, qui *ad omnes partium praesentes controversias constitutus*, quod *compromissum plenum* dicitur
 vel *Specialis*, qui *ad unam vel certas causas componendas electus*.
 vel *ARBITRATOR*, qui *eligitur ad id, ut abique ulla forma* *judicis amicabiliter contractum conciliat aut controversias componat*, & quidem, si *stipulatione electus*, *LAUDO* *eius standum, si v. nudo pacto*, *partes laudi effectum ultra 10. dies intercipere possunt*.
 v. *supr. p. 68. n. 3.*
 II. *ACTOR*, qui *actionem contra alium intendit* & ab eo *aliquid petit*. Hinc in *jure civili* dicitur.
 vel *actor in spec. Germ. Kläger*, in *causis civilibus*. In *foro autem ex stylo curiae hodierno*
 vel *pro*

a b c d
 vel pro diversitate causarum in judicium deductarum, mox in prima instantia, varias recipit denominations, utp. *Supplicant, Extrahent, Provocant, Deducent, Liquidant, Arrestant, Intervenient, Adharent,*
 vel pro diversitate remediorum impugnativorum quibus in superiori instantia mox actor mox reus utitur; cuius intuitu dicitur: *Appellant, Supplicant, Leuterant, Querulant &c.*
 vel *ACCUSATOR*, Germ. *Ankläger*, in causis scil. criminalibus.
 vel *INQUISITOR* in causis criminalibus inquisitoris in specie. Cujus vices hodie sustinet vel *Magistratus* ipse, vel ad id constitutus *ADVOCATUS FISCI*.
 III. *REUS* cum quo agitur, & plerumque fugiens esse solet, & hic dicitur
 vel *Reus*, insp. Germ. *Befl.* in causis *Civilibus*, & itidem alio nomine apelari solet, *Supplicat, Extrahat, s. Citatus, Provocat, Deducit, s. Deducat, Liquidat, Arrestat, Intervenient, Adhæsit*; In Instant, appellat. vero *Appellat, Supplicat, Leuterat, Deducit s. Deducat &c.*
 vel *Accusatus*, Germ. *Angeklagter*, in causis criminalibus.
 vel *Inquisitus* in causis inquisitoris.
 vel *MINUS PRINCIPALES*, quæ *salvo iudicio abesse possunt*, communiter tamen commoditatis gratia accedunt
 vel *Judici*, utp.
 1] *ASSESSORES*, qui una cum *Judice* *judicium constituunt ipsumque consilio ac labore adiuvant*:
 vel *ordinarii*,
 vel *extraordinarii*, *REFERENDARI* s. *AUSCULTANTES* dicti.
 2] *SECRETARI*, s. *NOTARI*, qui mandato *judicis acta in iudicio conscribunt*, quorum primarius dicitur *PROTO-NOTARIUS*.
 3] *REGISTRATORES*, qui *acta secundum ordinem productorum consignant* & originalia in *judicii scrinio* asseverari curant.
 4] *APPARITORES*, qui *præsto sunt iudici ad expedienda negotia iudicii*, ut *Executor, Pedellus, Nuncius &c.*
 vel *Litigantibus*, quales sunt
 1] *ADVOCATUS*, s. *Patronus causæ*, qui *litigantibus, causam legitime deducendo, patrocinium præstat, & est*
 vel *publicus*, & quidem
 vel in causis *Fisci*, vel *ararii publici*, & dicitur *Advocatus FISCI*.
 vel in causis *cameralibus*, s. *economicis publicis*, & dicitur *PROCURATOR CAMERÆ* s. *DOMANIORUM*.
 vel *privatus*, qui in causis *privatorum*, & quidem
 vel in causis *civilibus*.
 vel in causis *criminalibus*, & insp. dicitur *DEFENSOR*, qualis olim erat, qui *absque mandato*

F. f. I. p. 97. b.

a b c mandato reum in judicio defendit. Hodie qui ad defendendum reum
 a Magistratu ex officio constituitur.
 vel singulorum, & est
 vel Ordinarius, qui publica autoritate ad hoc officium admissus & alio Ad-
 vocatorum inscriptus.
 vel Supernumerarius, qui talis non est
 vel Plurium, in Concurso scil. Creditorum constitutus, & dicitur ADVOCATUS
 COMMUNIS.
 2] PROCURATOR, qui in genere dicitur omnis ille, qui aliena negotia admini-
 strat, & est
 vel extrajudicialis, negotiorum scil. extrajudicialium, & in spec. vel mandata-
 riis, vel negotiorum gestor est; de quibus hic non agitur.
 vel judicialis, qui causas agit judiciales, & hic est
 vel Falsus, qui neque expresso neque tacito mandato gerit, potius animo ma-
 ligno se ingerit.
 vel Quasi, qui ex presumto domini mandato gerit, & sub cautione de rato
 admittitur.
 vel Verus, qui veromandato instrutus; & est
 vel in rem suam, qui proprio CESSONARIUS audit.
 vel in rem alienam; de quo proprio hic. Qui iterum
 vel Universitatis cujusdam, & in spec. dicitur SYNDICUS, qui communi-
 universtatis mandato agit.
 vel Privatorum, qui privata constitutione aliorum negotia curat, & pro-
 prie nomine Procuratoris venit, estque
 vel in genere, qui tam auctoris quam rei negotia gerit, scil. tam ad agen-
 dum quam defendendum, qui & Defensor dicitur.
 vel in specie, qui auctoris vices subit, & hic est
 1. vel Principalis, ab ipso principali auctore immediate constitutus,
 vel Substitutus, qui a Procuratore, ex concessa ipsi a Principal
 potestate, necessitate ita urgente constitutus
 2. vel Specialis, cui certa aliqua causa in judicio peragenda commissa.
 vel Generalis, cui tota, vel omnes lites, tam praesentes quam futurae
 sunt commissae, & quidem
 vel cum libera, scil. potestate, qui majorem paciscendi, transi-
 gendi, juramentum deferendi ac alienandi potestatem habet.
 vel sine libera, qui ea expedire nequit, sed ad singulos casus
 speciali indiget mandato.

VI. Pro FORMA JUDICII, s. ipso ordine procedendi in judicio s. Processu judiciario, qui est modus legitimus in judicio, circa causam in id deducitam a judge & partibus, vicandae confusionis gratia, secundum ordinatem judicariam, vel stylum curiae observandus. Est vero hic processus vel Civilis, in quo civiliter ad privatum interesse agitur, estque vel ordinarius s. solennis, in quo, solenniter servato judicij ordine, proceditur. Et sic

A. quædam judicium PRÆCEDUNT, & hæc sunt vel SUBSTANTIALIA; quorū pertinet

I. LIBELLUS, qui est scriptura qua coram judge actio proponitur, & contra adversarium interditur, estque

1] a forma substanciali, prout ipsa actio & processus a] vel ordinarius s. solennis, qui solenni forma constat, & est vel legalis, qui secundum præscriptam juris formam est confessus.

vel non legalis, s. ineptus, s. inutilis, qui vitio quodam illegalitatis laborat; vel propter defectum formæ, cuius maxima pars est peritio s. conclusio; vel ratione materiae s. cause petendi, quæ in narratione consistit. Quorū pertinet

1] obscuritas,

2] insertitudo, utpote si est

vel generalis,

vel alternativus.

3] omissione causæ legitimæ,

4] contrarietas,

5] Cumulatio inepta plurium actionum, sc. quæ cœtive tantum concurrunt.

Sanatur quandoque vitium libelli clausula salutari, vel summarius, s. minus solennis, insp. SUPPLICATIO dicta, qui offertur in causis summariorum & consistit in summariorum facti narratione, pro decernendis mandatis vel processibus,

b] vel conventionalis, s. postulationis, quam actor,

vel reconventionis, quam Reconveniens,

vel interventionis, quam Interveniens,

vel adbasivus, quam adbærens liti, exhibet.

His omnibus opponitur Libellus *reclamationis*, quem reus opponit, & dicitur *exceptio* de qua infra, v. c. i. x. de Libelli obl.

c] vel prima,

vel secundæ instantiæ, v. g. Libell. appellationis, Quærelæ &c.

2] a forma

a b c d e f

a b c d e f

2] a forma *accidental*i, est
 vel *articulatus*, quo *actio* per *articulos* proponitur, a quo differt
libellus in numeris distinctus.
 vel *simplex*, quo *actoris intentio continua oratione* proponitur.
 3] ab *objec*to, est
 vel *civilis*, quo *actoris intentio de causis civilibus*, vel *ex jure in re*, vel *ad rem*, in *proprium ipsius commodum* proponitur.
 vel *criminalis*, s. *accusationis*, quo *quis alterum delicti alicujus, vel publici vel privati arguit*, *eique pænam ad vindictam publicam irrogari contendit*.

II. IN JUS VOCATIO, quæ est
 vel *in jus vocatio insp*. & *jure Romano* erat *denunciatio adversario facta*, ut *ipse juris experiundi causa se coram Magistratu* *sistat*. Eratque *valde dura*, & quandoque *ab torto collo siebat*, hinc *certa personæ non nisi impetrata venia, vocari poterant*.
 vel *CITATIO*, quæ est *legitima rei ad judicem, ipsius jussu ac autoritate facta vocatio*. Et hæc

1] *ratione cause efficientis* est
 vel *Immediata*, quæ fit *nullo alterius judicis auxilio* *interveniente*
 vel *Mediata*, s. *subsidialis*, quæ fit *mediante alterius judicis officio, literis subsidialibus in subsidium juris implorato*, in *cujus territorio Citandus existit*.
 2] *ratione modi*,
 vel *Realis*, quæ fit *personæ prehensione*, ut *in gravioribus delictis*,
 vel *ubi reus de fuga suspectus*.
 vel *Verbalis*, quæ est
 vel *publica*, facta per *Præconem* vel *edictum* *in trium domi* *norum territoriis* *affixum*, & *irregularis* est.
 vel *privata*, quæ fit *4. modis*,
 vel *in faciem*,
 vel *cum domesticis insinuatur*,
 vel *ad domum*, quando *citando absente*, *ipse ab apparitoris* *viva clara voce*, ita ut *vicini quoque hoc audire possint*, *vocatur*.
 vel *ad ædium valvas affigitur*.
 3] *ratione obiecti* est
 vel *Generalis*, quæ fit *ad totam causam*.
 vel *Specialis*, *ad certum actum*.
 4] ab *effictu* est
 vel *dilatoria*, s. *simplex*, *qua quis simpliciter ad judicem vocatur*, ita ut *ulterius dilatio regulariter ad triam usque non denegetur*. B 2
 vel *Perem*.

a	b	c	d	e
				vel Peremtoria, quæ, denegata ulteriori dilatione, præcisam mandat partitionem, & regulariter terminum trium dilatoriarum continentere debet.
				III. MANDATUM JUDICIS, quod est præceptum judicis, quo, nulla citatione prævia, reo, hacenus non auditio, aliquid injungit, & hoc est
1]				1] vel Primum quod prima vice emanavit, & est
				vel simplex s. monitorium, quod nullam insertam habet pænam, sed simpliciter saltem aliquid injungit.
				vel Pænale, cui certa in casum contumacia inserta est pæna.
				vel Ulterius, s. arfius, quod, contento priori, ob contumaciam partitionis pænalis, vel etiavæ sub pæna aucta decernitur.
2]				2] vel cum clausula, [scil. justificatoria] quod quidem quidquam alicui præcipit, & plerumque sub pæna, integrum tamen relinquit non parendi causas opponere.
				vel sine clausula, quando partio absolute & sine hujusmodi adiunctione injungitur; quod locum saltem habet in 4. casibus, si nempe quidquam sit
				1. ipso jure prohibitum, 2. contra communem utilitatem, 3. cum irreparabili damno, vel 4. periculo in mora conjunctum.
				Hoc per oppositam except. sub & obrept. de qua supra p. 138. resolvitur in simplicem Citationem. conf. BÖHMER. Tract. de action. Sect. II. C. 4. §. 7. seq.
3]				3] vel inhibitivum s. inhibitorium, quando alicui injungitur ab actu aliquo abstinerere; Quod successit in totum vel supplementum Interdicti, v. BÖHMER s. l. §. II. seq. & §. 83. Unde processus inhibitivus, de quo supr. p. 4.
				vel compulsoriale, & hoc
				vel exhibitorium, quo aliquid exhiberi,
				vel restitutorium, quo aliquid restitui jubetur.
				vel ACCIDENTALIA, qualia sunt
				1. CONTUMACIA, quæ est inobedientia erga Magistratum dolo, tam ab auctore, quam Reo commissa, utp. si quis legitime citatus emanet; Estque
				vel Præsumta, quando quis scienter, absque tamen malitia emanet.
				vel Vera, quando quis legitime citatus per malitiam latitat, & quidem si reus de se fistendo vadibus vel fidejussionibus caverat, Vadimonium deserebatur; si vero auctor intentionem non intentabat, vel Reus post L. C. se subducebat, eremodictum deserebatur.
				2. DILATIO, quæ est rei agende in aliud tempus rejectio, cuius termini nondum elapsi in aliud productio dicitur PROROGATIO, utraque est
a]				a] ratione causæ efficientis,
				vel conventionalis, quæ a partibus
				vel judi-
a	b	c	d	e

a	b	c	d	e
				vel <i>judicialis</i> , quam <i>judex causa cognita concedit</i> , vel <i>Legalis</i> , quæ a <i>lege determinatur</i> , quo <i>spectant FERIÆ</i> , quæ sunt dies, quibus <i>jus non dicitur</i> , nec <i>sui copiam Magistratus facit</i> ; suntque
1]	vel <i>Sacræ</i> , quæ <i>cultui divino dicatae</i> , & quidem vel <i>jure divino</i> , ut <i>dies dominicus</i> , vel <i>jure humano</i> , ut <i>Festa</i> , quæ sunt vel <i>Immobilia</i> , quæ <i>eundem mensis diem servant</i> , vel <i>Mobilia</i> , quæ <i>non</i> .			
	vel <i>Profanae</i> , s. <i>Humanæ</i> , que <i>hominis gratia introductæ</i> , & sunt vel <i>Urbanae</i> , ut <i>Nundinarum</i> vel <i>Rusticæ</i> , ut <i>Messium</i> , <i>Vindemiarum</i> .			
2]	vel <i>ordinarie</i> , s. <i>solennes</i> , quæ <i>certo iure sunt constitutæ</i> , & quo- tannis statim temporibus recurrent. vel <i>Extraordinarie</i> , s. <i>Repentinae</i> , quæ <i>pro re nata indicuntur</i> .			
b]	<i>ratione effectus</i> , vel <i>Peremptoria</i> , quæ <i>lapsu perimit disceptationem</i> , vel <i>Non Peremptoria</i> , quæ <i>eam tantum differt</i> .			
c]	<i>ratione finis</i> , vel <i>citatoria</i> , vel <i>deliberatoria</i> , vel <i>probatoria</i> .			
3]	<i>SATISDATIO</i> , s. <i>CAUTIO</i> , quæ est <i>Satisfactio per quam adversarium nostrum securum reddimus</i> , & est 1. <i>ratione causæ efficientis</i> , vel <i>conventionalis</i> , s. <i>voluntaria</i> , vel <i>legalis</i> , s. <i>necessaria</i> , & hæc est a. vel <i>civilis</i> , vel <i>prætoria</i> , b. vel <i>judicialis</i> , vel <i>extrajudicialis</i> , 2. <i>ratione formæ</i> , vel <i>fideiussoria</i> , s. <i>satisfactio in specie</i> , vel <i>Pignoratitia</i> , vel <i>Juraratoria</i> , vel <i>nude promissoria</i> . 3. <i>ratione finis præstatur altera parte petente</i> , vel <i>ab Actore</i> ,			
	1. <i>de lite prosequenda</i> , in <i>casu scil. contumacie in primo termino</i> , 2. <i>pro reconventione</i> , vid. <i>BÖHM</i> , in <i>Comp. ff. T de Jurisd. §. 25</i> , 3. <i>de expensis in casum succumbentie refundendis</i> ,	B 3		4. <i>In</i>

a	b	c	d	e
				4. In Saxonia: Guaranda nomine nuda stipulatione caver, quod in actione semel instituta permanere, & reum securum praestare cumque contra quemcunque defendere velit, a quo eadem actione conveniatur. vel a Reo,
				1. de judicio sisti, h. e. quod ad finem in lite permanere & sententia ferende adesse velit, si scil. de fuga est suspectus.
				2. de judicato solvendo, si scil. bonis suis abutu incipit.
				vel a Procuratore, qui vel nullum habet mandatum, est tamen persona conjuncta, vel insufficiens, de Rato & Grato, caver, principalem omnia ista, quae ejus nomine in judicio peracturus sit, rata ac grata habiturum fore, alias se velle adversarium indemnem praestare.
				4] EXCEPTIONES DILATORIÆ, de quibus supra pag. 132.
				B. Quædam IN IPSO JUDICIO fiunt, & quidem vel in judicio primæ instantiæ; quæ considerantur, quatenus sunt vel Accidentalia, quo spectat
				1] LITIS DENUNCIATIO, quæ sit a reo in judicio convento suo auctori, ut re evicta evictionem praestet, quod sit vel nominando auctorem, quando hic non tam adsistere, quam potius litem principaliter in se suscipere tenetur, nominante lite plane exento, vel laudando auctorem, quando lis principaliter contra laudantem capta, contra eum continuatur, laudatus vero ad adsistendum ei obligatur.
				2] INTERVENTIO, qua nimis tertius quidam circa item inter alios motam, id quod ejus interest adducit & prosecutur, vel principaliter ob solitarium interest, quo casu lis prior sistitur & in intervenientem dirigitur, vel adhærendo, ob commune interesse, & lis contra reum principalem continuatur.
				3] LITIS REASSUMPTIO, quæ, alterutro litigantium defuncto, ab heredibus fieri debet, vel Substantialia, quo spectat
				I. LITIS CONTESTATIO, quæ est contestatio judicij suscepti utrinque facta, & est
				1] vel vera, quæ sit expresse, vel quasi, quæ fingitur, quando per Contumaciam lis pro contestata habetur.
				2] vel solennis, quæ in judicio ordinario, vel minus solennis, quæ in summario sit, & colligitur ex omni actu contradictorio, qui L. C. alias sequitur.
a	b	c	d	e
				3. vol

a	b	c	d	e	f
					3] vel <i>Generalis</i> , qua <i>in genere</i> , vel <i>Specialis</i> , qua <i>ad singulos actionis capita</i> respondetur.
					4] vel <i>negativa</i> , qua <i>directe</i> negat <i>actoris intentionem</i> , estque vel <i>illimitata</i> , quando <i>reus in totum</i> negat <i>actoris intentionem</i> , vel <i>limitata</i> , quando <i>reus pro parte</i> , <i>eam negat</i> , p.p. <i>vero affirmat</i> , vel <i>affirmativa</i> , qua <i>reus fatetur quidem actoris positiones</i> , <i>sed</i> <i>habet exceptionem preventoriam</i> . <i>Hinc etiam negativa indi</i> <i>recta dicitur</i> .
					5] vel <i>Pura</i> , qua <i>sine conditione</i> , vel <i>Eventualis</i> qua <i>sit in eum eventum</i> , <i>si exceptiones oppositæ</i> <i>vel non impletæ</i> , <i>vel non admissæ fuerint</i> .
II.					INTERROGATIONES <i>in jure</i> , [v. L. X. T. 4. ff.] qua <i>coram Magistratu</i> <i>propter difficultatem probationis</i> fiebant, & ne quis in <i>pœnam plus</i> <i>petitionis</i> incideret, ad <i>qua respondere</i> tenebatur <i>adversarius</i> . <i>Hodie</i> fiunt ad <i>probandum actionem</i> <i>competentem</i> , vel <i>a judice</i> , <i>in quacunque judicij parte</i> , <i>parte etiam non petente</i> , vel <i>a partibus</i> <i>per POSITIONES s. POSITIONALES</i> , <i>qua sunt distincta</i> <i>& articulatim concepta capita intentionis litigantium</i> , <i>ad elicien</i> <i>dam ab adversario veritatem exhibita</i> , <i>ideo ut is</i> , <i>cui probatio</i> <i>nis onus</i> <i>incumbit</i> , <i>superfluis probationibus illorum</i> , <i>qua forte</i> <i>ipse adversarius fatetur</i> , <i>non oneretur</i> . <i>Et sunt</i>
					1] vel <i>Positiones in specie</i> , <i>Quæ iterum sunt</i> vel <i>Positionales probatoriae</i> , <i>qua formantur ab actore de facto</i> <i>quod in libello continetur</i> , <i>ut reus ad eas respondeat</i> ; & ha <i>s</i> <i>exhibentur mediante Juram dandorum</i> , <i>quo jurat exhibent</i> , <i>se non calumniose</i> , <i>sed juris sui tuendi gratia</i> , <i>illas proponere</i> . vel <i>Inquisitoriales</i> , <i>qua in processu Crim. reo ad oralem litis con</i> <i>testationem proponuntur</i> , <i>de quibus infra</i> .
					vel <i>Defensionales</i> , <i>qua a reis & eorum Procuratoribus formantur</i> ; <i>quod si nulla defensione contra actoris probationes munitus</i> <i>fit reus</i> , <i>sub jurisjurandi respondendorum religione</i> , <i>quod scil.</i> <i>absque ulla fraudulenta machinatione in respondendo ad omnes</i> <i>articulos</i> , <i>semper veritatis rationem habere velit</i> , <i>simpliciter</i> <i>pure ac perspicue respondere tenetur</i> . <i>Exiguus</i> <i>hodie</i> <i>est po</i> <i>sitionum & responsionum usus</i> , <i>sed reus absque juramenti</i> <i>præstatione responder speciatim ad omnia libelli capita</i> . <i>Et in</i> <i>plurimis judiciis statim ad articulos deveniri solet</i> . <i>BRUNN.</i> <i>in Proc. C. 17. n. 2.</i>
					vel <i>Articuli</i> , <i>quando scil. negata testibus & instrumentis articulatis</i> <i>probari debent</i> ; <i>Exprimi solent per verbum</i> : <i>Wahr</i> , <i>hinc & pro</i> <i>batoriales</i>

a b c d e f

a	b	c	d	e	f
					batoriales dicuntur. Et ideo positiones præcedere, articuli vero sequi solent. Communi tamen judiciorum consuetudine promiscui appellatione cum Positionibus veniunt, GAIL. L. I. O. 79.
2]	vel primæ, quæ primo loco ponuntur.				
	vel additionales, quæ denuo post exhibitos priores pro cause demonstratione exhibentur, & sic porro additionales additionatum s. superadditionales, vid, FRID. GERDESII Colleg. præf. P. II. S. I. C. 6. §. 5 seq.				
III.	EXCEPTIONES peremtoriae. De quibus supra p. 138.				
IV.	PROBATIO, quæ est actus judicialis, quo per idonea argumenta de facto aliquo, de quo in judicio controvertitur, judici fit fides. Et est				
1]	vel Principalis, quæ regulariter ab actore vel eo, cui injuncta est, suscipitur.				
	vel Contraria, s. elisiva, vulgo REPROBATIO, Germ. Gegen-Beweis dicta, quam pars adverfa, vel statim cepta ab altero probatione, vel saltene ante publicatas attestations, ad elidendas alterius probationem suscipit.				
2]	ratione forme est				
	a. vel Vera, quæ per argumenta veritatem apodictice inducentia conficitur.				
	vel Ficta, quæ per argumenta ipso jure veritatem inducentia colligitur.				
	b. vel ordinaria s. solennis, quæ in processu solenni secundum omnia iuris requista instituitur.				
	vel Extraordinaria, s. summaria, quæ est				
	vel Regularis, quæ proxime ad ordinariæ naturam accedit, & proprio DEMONSTRATIO, Germ. eine Bescheinigung dicitur, quæ in processu summario obtinet.				
	vel Irregularis, quæ fit IN CONTINENTI. Et est				
	vel Illicita, quæ olim veniebat sub nomine judiciorum Dei, s. Ordaliorum, & fiebat e. g. per Duellum, ferrum candens, aquam frigidam, Eucharistiam, &c.				
	vel Licta, quæ cause cognitionem, ejusque probationem legitimam in continentia requirit. De qua vide Disp. inaug. de Probatione in continentia, Gryph, 1726.				
3]	Ratione Objecti est				
	vel Affirmativa, quæ in existentia facti se fundat,				
	vel Negativa, quæ se fundat in negatione facti, & directe regulariter probari non potest. v. COCCEJI Disp. de directa probatione negativa. & Dn. NETTEBLADTII Disp. inaug. de Prob. Th. §. n. a.				

a	b	c	d	e	f
4] ab Effectu est					
vel Plena, quæ tantam fidem facit Judici, quanta ad cause decisionem necessaria.					
vel Minus plena, quæ per se non facit plenam fidem, sed alio adhuc inget adminiculo, estque					
vel semiplena major, e. g. per 2. testes, quorum unus non omni exceptione major est.					
vel semiplena, per unum testem, omni exceptione majorem.					
vel semiplena minor, per unum testem, non omni exceptione majorem.					
5] Ratione cause instrumentalis est					
vel Indirecta, s. artificialis, que per probantis solertiam ex ipsis cause argumentis & præsumptionum fontibus trahitur.					
Est vero PRÆSUMPTIO conjectura verosimilis, per argumenta & rationes ex variis rerum circumstantiis collecta. Estque					
vel Juris s. Legis quam lex præsumit, & hæc est					
vel juris & de jure, quam lex adeo fortiter præsumit, ut non					
admittat probationem in contrarium.					
vel juris tantum, quæ admittit probationem contraria.					
vel Hominis, s. Judicis, quæ est conceptus, ab aliqua probabili causa proveniens, quæ non semper fidem facit ut ab onere probandi relevet, sed tum demum, si magni sit momenti & valde concludens est, adeo ut judex verum statuere possit quod in conjectura est, vel juramento suppletorio locus esse possit, si probatio est semiplena; vel purgatio, si ea est minor.					
vel Directa, s. Inartificialis, que sit per argumenta inartificialia, extrinsecus assumta, quæ sunt.					
vel Notoria, quæ aperte iure fundata, vel ex actis resultant, ut neminem latere possint, & ob rei evidentiam luce meridiana clariora sunt, quo sura spectat					
1] OCULARIS INSPECTIO, quando scil. veritas ex ipsa rei inspectione haberi potest.					
2] REI CONFESSIO, quæ est, ejus, quod ab adversa parte intenditur, asseveratio, s. est actus, quo reus petitum actoris, sine opposita exceptione perentoria, pro vero agnoscens, se ad debitum obstrictum fatetur. & hæc est					
vel Ficta, s. a lege præsumta ob contumaciam vel taciturnitatem.					
vel Vera, quæ vel verbis vel scriptis profertur. & est					

C

1] vel

a b c d e f

1] vel *judicialis*, quæ sit in *actis judicialibus*, seu *coram judice*
 pro *tribunali sedente*, & omnium probationum habetus
 probatissima.
 vel *extra judicialis*, quæ *extra judicium* sit,
 vel *adversa parte præsente*, & *que plene probat ac judicialis*,
 vel *ea absente*, & inducit saltem *præsumptionem*.

2] vel *explicita*,
 vel *implicita*, quæ sit *per relationem ad aliquod instrumentum*.

3] vel *Civilis*, quæ sit in *causa civili*.
 vel *Criminalis*, in *causa criminali*.

vel *Non notoria*, quæ probatione indigent, & *huc spectant*

I. TESTES, qui sunt *personæ*, quæ ad fidem, de *re dubia facienda*,
judici *sistuntur*, & ab eo *examinantur*, & sunt
 vel *Idonei*, s. *Habiles*, qui *jure testes esse possunt*, & sunt
 vel *omni exceptione maiores*, quorum testimonio *nihil objici*
 potest, *quod fidem illius immunit*.
 vel *non omni exceptione maiores*, quibus *aliquid opponi potest*,
 ut hinc non plena fides *ipsis tribuenda*.

vel *Inidonei*, s. *inhabiles*, qui *plane impediuntur*, *testimonium dicere*,
 vel *Natura*, ut 1] *Furiosi* & *mente capti*. 2] *Surdi* & *muti*
 natura. 3] *Infantes* & *infantæ proximi*.

vel *Lege*, & *quidem*
 vel *in totum*, quales sunt 1] *Infames*, 2] *Banniti*, 3] *Servi*,
 vel *certo respectu*, & *quidem*

a] *qua tempus*, scil. ante *L. C.* *regulariter nulla est testimoniū*
productio, nisi *periculum sit in mora*, quo *casu Testes in perpetuam rei memoriam examinari solent*.

b] *quoad certas causas*, utpote 1. *minores 20 annis in Criminalibus*. 2. *Prodigi in Testamento*. 3. *Fæminæ in testamento solenni*. 4. *Personæ quæ recensentur in l. 3. §. 4. ff. de Test.*

c] *propter personarum qualitatem*, utpote

1) *Omnis in causa propria*, quæ dicitur ex *qua quis commodum sperat*, vel *incommodum metuit*.
Sic repelluntur

a. *propter incommodum pecuniarium*.

1. *Hæres in testamento*, quo *institutus*.
 2. *Socius vel Correus*, in *causa communi*.
 3. *Vendor in causa evictionis*.
 4. *Membra universitatis*, si *causa ad singulorum utilitatem spectat*.

a b c d e f g h

b. *Gratianus*

a b c d e f g h

- b. *Gratiae*, ut Donator in causa evictionis, qua cum donatario agitur.
- c. *Honoris, exsufflinationis & laudis*, utpote
 1. Tutor & Curator, in causa Pupilli & minoris
 2. Advocatus & Procurator, in causa ubi patrocinium praesisterunt.
 3. Judex in causa, in qua judicavit.
- 2) *Ob conjunctionem sanguinis*, proximi Cognati.
- 3) *propter imperium*, ut domestici, qui cum eodem habitant, & quibus imperare potest, utpote
 1. Uxor, 2. Servi & nostri homines proprii, 3. Liberti, 4. Famuli mercenarii, 5. Subditi in causa superiorum suorum.
- 4) *propter singularem amicitiam vel inimicitiam inter testem & partem.*
- 5) *propter suspicionem.*

Testes examinantur super ARTICULOS, v. supra p. 15.

Quos auctor reo transmittere tenetur, ad formandum, si placet,

- INTERROGATORIA, quae sunt positiones interrogative concepta, quas pars adversa super negotii circumstantias, & testibus contra se productis formavit, ut testes pro eruenda veritate de super interrogantur. & haec sunt
- vel Generalia, quae testium personas potissimum respiciunt, & ita generaliter concepta, ut ad omnes testes quadrent.
- vel Specialia, quae praesentis controversie circumstantias respiciunt, ac per quae notitia ac certitudo testium investigatur.

Tandem a Notario testium depositiones emundari solent, ita ut singulorum testium depositiones ad articulum aequum ac interrogatorum ordine subjiciantur cuiuslibet articulo, ad quem sunt directae; que scriptura dicitur ROTULUS.

II. INSTRUMENTUM, quod dicitur

- vel in genere, omne id, quod causam instruit, judici faciendo fidem de re controversa, & sic etiam Testes, confessionem & jurementum comprehendit.
- vel in specie *Tabula*, s. *scriptura*, ad rerum gestarum fidem facta, & hoc est
- 1] vel *PUBLICUM*, quod est solennis scriptura, publica auctoritate firmata, & hoc est
- vel simpliciter tale, quod publica autoritate magistratus est munatum, cuius generis sunt omnia acta publica, praesente judice facta. Et hoc iterum est

a b c d e f g h i

vel *judiciale*, quorū spectat

- 1) *RES JUDICATA*, quæ est *sententia judicis competen-
tis*, qua *lis definitive* est *terminata*, nec *remedio
suspensivo impugnata*.
- 2) *PROTOCOLLA JUDICIALIA*, quæ in *præsentia judicis
ac partium ab Actuario judicij, in rei, coram judicio
gestæ, fidem concepta*.

vel *extrajudiciale*, quod quidem *extra judicium, publica
tamen Magistratus auctoritate ejusque jussu confici-
tur*; quorū refertuntur:

- 1.) *LIBRI CENSUALES, CATASTRUM*, vel etiam *ÆSTI-
MUM* dicit, Germ. Saal- oder Stadt-Bücher, publi-
cam sistentes designationem onerum & contributio-
num civilium.
- 2) *Libri PAROCHIALES*, Kirchen-Bücher oder *Matriculæ*,
qui *cuique diœcesi audiœcœs sua erga ecclesiam earum-
que ministros præscribunt debita officiaque.*
- 3) *Libri FEUDALES*, qui in *curia feudal*, certis de ne-
gotiis ad *feuda pertinentibus* *confecti*, *asservari* solent.
Quo spectant *MATRICULÆ* *feudales*, die *Lehn-Matri-
culæ*, & *Iteræ* *INVESTITURÆ*, *Lehn-Briefe*.

vel *secundum quid*, sc. *minus principaliter*, quæ alii mixta
appellare solent. Cujus generis sunt

- 1) *Instrumentum a privatis quidem conscriptum, actis ra-
men publicis insinuatum*. v. g. *Testamentum* *actis* *insinuatum*.
- 2) *Omnia illa, quibus præfixum publicum aliquod sigillum*,
quod semper præsumitur ex voluntate partium, &
in rei gestæ fidem affixum.
- 3) *Quod trium testium subscriptione vel subsignatione*, in
vino publici instrumenti, confirmatum. *fv. l. 11. qui* *Facio-
d. ch.*
- 4) *Quod a Notario confectum, vel subscriptum, vel sub-
signatum*. Et hoc est

vel *PROTOCOLLUM*, quod & *INBREVIATURA* dicitur,
*primum est exemplar, seu brevis rei gestæ annotatio,
memoriae causa facta, ut exinde postea conficiatur in-
strumentum*.

vel *Instrumentum ipsum*, quod fit *adhibitis omnibus so-
lennitatibus & clausulis*, quorū quoque spectat
usus Indictionis romane.

Est vero

~~Notar~~ et alium ducbatur cancellarius Imperatoris vel Princeps
p. vid. Hartmanni iuris p. f. Lexicon P. II.

p. 740 ~~2. textus~~ hoc hodie dicitur Protonotarius
qui nec ab Imperatore nec apud Comite Palatino
hinc creatus; sed ab persona publica judicari
sunt, qui ~~quod~~ perfectus est. de eius
officio in ordinationibus judicariis pale
affine agitur.

~~Notar~~ de officio episcopat
norma confidendi
instrumenta evangs
auctoritate ac fide,
specie agit ordinis
malorum Imperatoris
Maximiliani 1^{mi} de
1512. planissime et
ex professo hanc de re
agit Volckmarus in

magno opere de Notariis quoque
rikt. Dant. in fol. 100. apud Hartmanni iuris p. f. Lexicon P. I. p. 673 sub voce
in Compendio vero in p. Notariis.

examinis, malicio ad
officium ejus Notarii secundum praeiurum in p. 100. Pomerania ac Hegapoleos

Notarii clinavi in accomodata

opposito, cui titulus

prefitul Vade mecum

Notariale de

Oralium 1774. in 8^{vo}.

5: Pl.

Equatoris alicui nomine

a b c d e f g h
 Est vero NOTARIUS, alias TABULARIUS, s. TABELLIO dic̄us,
 persona publica, Imperatoris vel ejus Comitis Palatini au-
 toritate constituta, ad hoc, ut ea, que ad fidem publicam,
 ac ministeria judicialia pertinent, minister, & est
 vel Simplex, qui in Camera, vel alio judicio, consam quo ejus
 instrumenta exhibentur, non est immatriculatus.
 vel Immatriculatus, qui in matricula Notariorum in Camera,
 vel alibi, est inscriptus.
 vel PRIVATUM, quod privata auctoritate factum, Feujus 3, sunt
 species.
 1.) CHYROGRAPHUM; de quo supra p. 49. Quod si liquidum est
 causamque debendi contingit, adhac subscriptione vel sigil-
 latione debitoris roboratum, ab eoque recognitum, dicitur
 GUARENTIGATUM, seu GUARENIGATUM,
 a Guardia, quae Longobardis est Securitas.
 2.) EPISTOLA, quae est Scriptura ad absentem directa, qua ipse
 aliquid denunciamus, ipsumque de re aliqua certiorem fa-
 cimus.
 3.) LIBER RATIONUM, quae est Scriptura continens data &
 accepta, & conscribitur.
 vel ex libera voluntate, & quidem
 vel a Mercatoribus, ut libri de rebus, mercaturam refici-
 entibus, ab ipsis confecti; quibus in favorem commer-
 ciorum, si legitime fuerint confecti, semi plena fides
 tribuitur.
 vel ab alio quolibet patre familias, in privatum familie
 sue usum confecti, qui instar private annotationis
 nullam fidem pro scribente faciunt.
 vel necessitate officii
 vel publici, ut Officialium, puta Praetoris, Questoris.
 vel Quasi publici, ut Tutoris & Curatoris.
 vel Privati, ut cuiuslibet administratoris rei alienae &
 negotiorum gestoris.
 Huc quoque pertinet illa annotatione, quae fit ab admi-
 nistratoribus literarum rudibus, per Bacilos fffos,
 Germ. Kerb-Hölgter, qui quasi instrumenta dicendi, &
 ad similitudinem verarum, etiam proprium cum iis
 effectum habent. vid STRYK. Diff. de Bacillis fffos.
 2] vel ORIGINALE, quod primario de negotio conscriptum.
 vel TRANSSUMTUM, quod ab illo descriptum, & est
 vel COPIA, quae describitur ab homine privato.

C 3 vel TRANS.

Et presuntiones
 veritatis ac folia
 notarii non se habet
 v. not. 15. 3. de
 3. mut. - 3. 3. p.

a b c d e f

a b c d e f

vel TRANSSVMTVM ORIGINALE, s. AVTHENTICVM, s. AV-
SCULTATUM, quod describitur autoritate Magistratus,
vel etiam a Notario.

III. JURAMENTUM, s. JUS JURANDUM, quod merito inter probatio-
num species refertur. MEV. P. IV. D. 5. n. II. & Dec. 6. p. tot.
& est religiosa rei alicuius afferatio, in cuius majorem fidem
Deus ipse ut vindicta & ulti per fiducia invocatur. Estque

1] vel SOLENNE, s. corporale, quod adhibitis certis solennibus
præstatur.

vel MINUS SOLENNE, quo absque ipsis solennibus vindicta Dei
invocatur.

vel explicite, v. g. ita me Deus adjuvet.
vel implicite, v. g. per Deum, Deus novit, Deus sit testis.

2] vel PROMISSORIUM, in quo aliquid promittitur. Estque

vel Publicum, quod
vel immediate statum publicum, seu nexus imperantis ac suba-
ditorum, respicit, quo spectat

1] Juramentum REGIMENTI, quod Imperator ac Princeps
in coronatione sua ante suscepsum imperium, pro servan-
dis legibus & pastis conventis, præstare solent.

2] Juramentum SUBJECTIONIS, HOMAGIUM dictum, quo
subditi subjectionem & fidem Principibus prouittunt.

3] Juramentum VASALLAGII, s. FIDELITATIS, quod Va-
sallus Domino præstat, eique fidelitatem promittit.

4] Juramentum CIVIUM, tam Academicorum, quam aliorum
Civium.

vel mediate, quod scil. præstatur a personis publicis, & quidem
vel vere talibus, scil. Officialibus in ipsa receptione in offi-
cio, & quidem

vel Ecclesiasticis præsertim, & dicitur Jur. RELIGIONIS.

vel Secularibus, & dicitur Jur. ASSÉCURATIONIS; & est

vel Judiciale, quod præstatur a personis judicialibus,
iisque

vel Principalibus ut Judice, Assessoribus aliisque
ministerialibus

vel minus principalibus, utp. Advocatis & Procu-
ratoribus.

vel Extrajudiciale, quod alii Officialis, non persona
judiciales, præstant.

vel Quasi talibus, ut Tutoribus, atque Curatoribus

vel Privatum, quod causas privatas concernit, & hoc est

a b c d e f

vel

a b c d e f

vel Obligatorium, in quo aliquid obligationis inducendae gratia promittitur.
 vel Confirmatorium, quod actum aliquem separatum supponit, eumque confirmandi gratia accedit.
 vel ASSERTORIUM, quo quis aliquid esse, vel non esse, asseverat, & est
 vel ESTIMATORIUM, quod respicit rerum controversarum estimacionem, ut est
 1] Juramentum in LITEM, quo judice deferente, ab actore lis, s. res in judicium deducta, estimatur, & est
 vel ordinarium, s. AFFECTIONIS, quo actor ad dolum rei coercendum, pro suo arbitrio & affectione, etiam ultra verum rei pretium & interesse, litem estimat.
 vel extraordinarium, s. VERITATIS, quo lis quanti re vera est, vel quanti actoris vere interest, secundum communem valorem estimatur.
 2] Juramentum EXPENSARUM, quo expensae victori adjudicatae estimantur.
 3] Juramentum MINORATIONIS, quod a reo praestatur, & per hoc estimationem s. taxam actoris minuit.
 vel DECISORIUM, scil. Litis, quod respicit rerum controversarum decisionem, & est
 vel Directum litis decisorum, quo quis directo, litis decidenda causa, intentionem suam veram esse asseverat, & defertur
 vel a partibus
 vel extra judicium, quod dicitur VOLUNTARIUM, s. CONVENTIONALE.
 vel in judicio, & quidem
 vel in jure, ante Lit. Cont. ut J. Sax. & Lub. requiritur.
 vel in judicio, & in sp. judiciale audit, & iudice approbante, directo litis decidenda causa defertur, & hujus relatio locum habet.
 vel a Judice, & dicitur NECESSARIUM, quod index causa cognita uni partium imponit, ob inopiam probationis; & est
 vel SUPPLETORIUM, quod actori, semiplena probatione instruendo, defertur.
 vel PURGATORIUM, quod reo, suspicionibus gravato, defertur, & est
 vel simplex, quod solius suspecti religioni committitur.
 vel non simplex, cui accedunt COMPURGATORES, CONJURANTES, s. SACRAMENTALES.
 vel Indirectum, quo spectat

1) Jur.

a b c d e f

a	b	c	d	e	f	g	h
1.] <i>Juramentum DANDORUM & RESPONDENDORUM</i> , de quo vid, supr. p. 15.							
2.] <i>Juramentum DIFFESSIONIS</i> , quo scripturam diffitetur reus.							
3.] <i>Juramentum MANIFESTATIONIS</i> , s. PATEFACTIONIS, quod imponitur administratoribus bonorum, ut res hæreditarias, vel alias occupatas, in defectu solenni inventarii, exhibita prævia accurata specificatione, judici manifestent.							
4.] <i>Juramentum EDITIONIS</i> , vel EXHIBITIONIS, quo quis jurat, se documentum quod desideratur, vel rem petitam, neque habere neque dolo malo desuisse babere.							
5.] <i>Juramentum APPELLATIONIS</i> , quo jurare tenentur Appellantes, se cause sue iustitia conscius appellasse.							
6.] <i>Juramentum PERHORSCENTIÆ</i> , quo quis assverat, se valde timere, ne ab inferiori iudice impetrat iustitiae administrationem.							
vel MIXTUM, quod partim promissorium, partim assertorium, quo spectat							
1.] <i>Juramentum CALUMNIAE</i> , quod præstatur a Litigantibus, interdum etiam eorundem advocatis, super causa sincere & bona fide suscepta, prosecuenda, & est vel Generale, quod in exordio litis ab atroque litigantium super tota causa præstatur.							
vel Speciale, & dicitur juramentum MALITIAE, quod in quolibet iudicii parte toties præstator, quoties præsumtio adest malitia.							
2.] <i>Juramentum dandorum & respondendorum</i> , de quo antea.							
3.] <i>Juramentum TESTIUM</i> , quo ad dicendam veritatem, quantum eius conscientia sunt, semet adstringunt, vel etiam hoc vel illud verum, vel non verum esse, affirmant.							
V. DISPUTATIO in iure, quando ultra exceptionem a reo oppositam actor replicat, reus duplicat, &c. v. sup p. 142.							
In specie super attestations, quando scil. is, contra quem probationes susceptae, super ROTULUM TESTIUM deducit, illas excipiendo impugnat, alter vero uberiorius, quod in probationibus continetur, deducit & defendit; Unde & Deductio attestacionum audit.							
VI. CONCLUSIO CAUSE, quando, regulariter post duplicas, causa iudicis decisioni committitur, quod fit							
vel a partibus, quando utraque pars omnibus probationibus & allegationibus, s. scriptis ulterioribus renunciat, & iam item decidendam iudicis Conclusioni submittit, & est							
1.] vel expressa, quæ verbis fit expressis, item iudicis cognitioni submittentibus, & quidem							
vel Pure.							

a b c d e f g h

vel *Pure*.
 vel *conditionaliter*, nam, sub clausula: *nisi quid novi*, i. e.
nisi pars adversa ulteriori aliquid novi attulerit.
 vel *Tacita*, quando ex *circumstantiis* apparet, *nil nisi judicis sententiam superesse*.
 2] vel *Generalis*, quae fit ad *totam causam*.
 vel *Specialis*, quae tantum ad *particularem actum spectat*, &
sententiam saltem interlocutoriam respicit.
 vel *a judice ex officio*, in *contumaciam*.
 VII. *SENTENTIA JUDICIS*, quae est *pronunciatio judicis, cause contro- versae decisionem continens*. Estque
 vel *Impropria*, scil. *judicis electi*, s. *arbitri*, quae dicitur *LAUDUM*,
 cui partes, si stipulatione compromissum initum, vel pactum sic
homologatum, simpliciter stare tenentur, ita ut nec *appellationi*,
 nec *alii remediis* *impugnativis* locus sit, exceptis *arbitris ju- ris*. vid. *supr. pag. 68*
 vel *Propria*, quae ab *ipso judice ordinario fertur*, & sumitur
 1] vel in *genere*, & dicitur *PUBLICATUM*.
 vel in *specie*,
 1. in *causis summariorum*, quibus oretenus *causa ventilatur*,
bey einem Vorbescheide oder Behörde, & dicitur *DECRETUM*,
ein Abscheid, it. *Behörde-Bescheid*.
 2. *ordinariis*, & insp. *SENTENTIA*.
 2] vel *INTERLOCUTORIA*, qua *controversia, circa causam in judi- cium deductam emergens*, & ad *judicis ordinationem & confirmationem pertinens*, deciditur; eaque est
 vel *simplex*, quae consistit in *terminis articuli super quo lata est*, nec tangit *causam principalem*, v. g. in *puncto Legiti- mationis*, in *causis summariorum* dicitur *Directorial-Abschied*.
 vel *mixta*, quae *extra terminos articuli progrereditur*, & *causa principali* facit *præjudicium*.
 vel *DEFINITIVA*, Germ. *End-Urtheil*, qua *ipsa causa principalis, in iudicium deducta, deciditur*.
 3] vel *immediate* fertur *a judice*, collectis *VOTIS* *judicantium*. In
quorum computatione considerandi sunt diversi *casus*, quos
late prosecutus sum in Rituali acad. p. 545.
 vel *mediate*, cum *acta, prævia IRROTULATIONE*, (que *nil aliud est*, quam *actorum ab utraque parte productorum, præsen- tibus & ad hoc specialiter citatis partibus, collectio & collectorum obfiguratio*.) ad *judicem extraneum, mediantibus LITERIS MISSIVIS, fuerint transmissa*, qui nomine *Judicis trans-*

D

a b c d

transmittentis judicat. Fit autem TRANSMISSIO ACTORUM
vel per modum consili, & liberat judicem ab act, injur. partes vero
ab expensis.

vel per modum sententia, & quidem
vel ad instantiam partium, & fit sumtibus petentis;

vel a judice ex officio, & quidem
vel in Civilibus, utp. si paritas adsit votorum, & fit sumti-
bus utriusque partis.

vel in Criminalibus, & fit sumtibus delinquentis vel Fisci.
vel secunda & anterioris instantiae. Quod si enim pars aliqua litigans in

sententia judicis non acquiescat, sequitur
vel sententiae dubiae DECLARATIONIS petitio, ab eo judice, qui eam tulit.
vel sententiae certae ab effectu rei judicatae suspensio, vel oppugnatio, nimi-
rum per remedia impugnativa, prout scil. effectum habent vel de-
volutivum, vel suspensivum. Referuntur vero inter illa remedia

I.) PROTESTATIO, quae locum habet in iis, quae non inferunt grava-
men, sed in quibus saltem metuitur; ubi non opus est appellatio,
sed sufficit protestatio, quae jus protestantis salvum conservat.
At in Patria nostra hoc remedium raro adhibetur. vid. GER-
DESII Coll. pract. P. II. S. I. C. 10. §. 4.

II.) LEUTERATIO, quae est remedium moribus Saxonice introductum,
quo sententiae declaratio vel emendatio ab eodem judice ex justis
causis legitime petitur, & est
vel Prima, quam quis a prima sententia gravatoria instituit.
vel Secunda, s. SUPERLEUTERATIO, quam quis denuo contra Sen-
tentiam, in Leuterationis sententia confirmatam, vel cui quid
fuit adjectum, instituit.

III. Remedium s. Querela NULLITATIS, qua quis sententiam nullam decla-
rari petit. Variis autem modis contingere potest, ut sententia sit
nulla, utp.

1] ratione personae
vel Judicanis, quando scil. Judex incompetens vel suspectus est.
vel Actoris, si forte non potuit stare in judicio.
vel Rei, scil. non legitime citati vel auditii.
vel Procuratoris, absque mandato agentis.
2] ratione processus, contra ordinem gesti.
3] ratione ipsius cause, & ejus meritorum; utp. si sententia contra
jus lata; & haec in judicium deducitur
vel Principaliter,
vel Incidenter, ex causa Appellationis, adeo ut judex eam ex offi-
cio attendere debet, et si de eanulla sit fasta mentio.

IV. Remedia

a b c d

IV. Remedium RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, qua quis in genere contra
quamvis sententiam, qua se laesum esse dicit, instar alius remedii su-
spensi, coram eodem judice se restituui petit. Et sic Restitutio in
genere est reduc[t]io in pristinum statum, estque
vel GRATIE, qua sit indulgentia Principis, & hue non spectat.
vel JUSTITIE, qua sit a judge, scil. magistratus, officio iurisdictionis, ob
cause justitiam vel aequitatem, & hinc est
vel civilis, si quis ob lesionem enormem, qua est ultra dimidium ju-
sti pretii, restituatur.
vel Praetoria, qua est auxilium Praetoris extraord. quo magistratus, ex
iusta causa imploratus, sine culpa sua lessos in pristinum statum
reducit. Quae intuitu cause, ob quam indulgetur, est
vel Generalis, quoniam ex generali Praetoris clausula, qua in l. 1, ex
quib. cauf. 25. an. continetur, scil. si qua justa causa mibi
videbitur, a Magistratu, causa cognita & probata, conceditur.
vel Specialis, qua ex 6. caufis, in LL. nominatis & probatis, contin-
git, utp. in lesione
1] ob METUM, qui est instantis vel futuri periculi causa praesens
animi trepidatio, & est
vel justus, qui cadit in constantem virum.
vel Vanus, scil. Inanis, qui cadit in quemvis meticulosum.
2] ob DOLUM, si alio juris remedio non vindicetur. Conf. supra
pag. 76. & 95.
3] ob MINORENITATEM, si scil. minores, vel ob facilitatem suam,
vel adverſarii malitiam, laeti sunt. Et hi sunt
vel etate tales, scil. infra 25. annum. v. sup. p. 7. & 8.
vel juris intellectu, quatenus scil. jure & privilegio mino-
renitatis gaudent, ut Ecclesiæ, Civitates, Universitates,
Fiscus.
4] ob CAPITIS DIMINUTIONEM, de qua supra p. 17.
5] ob ABSENTIAM, quando scil. quis non est in loco, in quo praesens
esse debet. Et est
vel Ficta, scil. moralis, quando quis quidem corpore, non vero
animo, praesens habetur, & est
vel necessaria, ut in infante, furioso &c.
vel voluntaria, ut in Ebrio.
vel Vera, scil. Physica, si quis ipso corpore abest de loco, in
quo praesens esse debet; & est
vel ordinaria, quando abest de loco, ubi non habet domicilium.
vel extraordinaria, quando quis a loco domicilii abest; &
hac est

D 2

vii

a	b	c	d	e
				vel <i>Necessaria</i> , quæ oritur <i>ex necessitate</i> , non quidem <i>absoluta</i> , sed <i>hypothetica</i> . Estque
				vel <i>Laudabilis</i> , quando quis <i>Reipubl. causa</i> abest, ut <i>Legatus</i> .
				vel <i>Vituperabilis</i> , quando quis <i>propter delictum</i> abest, e. g. <i>relegatus</i> .
				vel <i>Indifferens</i> , quæ <i>per se</i> neque <i>laudem</i> , neque <i>vituperium</i> meretur, v. g. Si quis a <i>Latronibus</i> detineretur.
				vel <i>Voluntaria</i> , si quis <i>sponte</i> , nulla <i>necessitate</i> <i>coactus</i> , abest, & hæc itidem est
				vel <i>Laudabilis</i> , e. g. <i>studiorum causa</i> .
				vel <i>Vituperabilis</i> , e. g. ob <i>Contumaciam</i> , vel ne <i>conveniatur</i> a <i>Creditoribus</i> . it. <i>Malitiosus</i> <i>desertor</i> .
				vel <i>Indifferens</i> , qui <i>sui lucri causa</i> abest. e. g. <i>Mercator</i> .
				6] ob <i>alienationem rei posseſſe dolosam</i> , <i>judicii mutandi causa</i> factam, quo <i>adversarii conditio</i> reddatur <i>deterior</i> .
				V. <i>Remedium APPELLATIONIS</i> , quod est <i>legitima superioris iudicis invocatio</i> , <i>adversus GRAVAMEN inferioris</i> ; quod est
				vel <i>Extrajudiciale</i> , quod fit <i>decreto</i> , <i>parte gravata non audita</i> , vel <i>alii actibus extrajudicialibus</i> . De cujus origine vid. <i>BÖHM. Comp. ff. P. II. p. 639. §. 13.</i>
				vel <i>Judiciale</i> , quod contra <i>sententiam iudicis interponitur</i> .
				Requiritur autem ad formam <i>appellationis exacta FATALIUM observatio</i> ; Quo spectat ejus <i>legitima</i>
				1) <i>INTERPOSITIO</i> , vel <i>ratione modi</i> ; & sic fieri solet vel <i>in iudicio</i> , <i>stante pede</i> .
				vel <i>extra iudicium</i> , <i>coram Notario & testibus</i> .
				vel <i>temporis</i> , quod olim erat <i>biduum</i> aut <i>triduum</i> , hodie vero <i>indistincte decendum</i> , quod est <i>ratione initii utile</i> , i. e. <i>currit saltum scienti</i> , <i>ratione cursus continuum</i> , <i>de momento in momentum</i> .
				2) <i>INTIMATIO</i> , qua <i>judici a quo appellatio intra 14. dies notificanda</i> , & simul <i>APOSTOLI petendi</i> , qui sunt <i>literæ</i> , quibus <i>causa remititur ad judicem ad quem</i> . Quoru <i>m sex dantur species</i> .
				a. <i>Dimissorii</i> , quod <i>nomen etiam generale</i> est, quibus <i>judex a quo significat iudici ad quem</i> , <i>appellacioni ex justa causa delatum esse</i> .
				b. <i>Reverentialis</i> , quibus <i>significatur</i> , <i>appellationem</i> , <i>cum dubitaretur, in honorem tamen superioris esse delatum</i> .
				c. <i>Refutatorii</i> quibus <i>significatur</i> , <i>appellationi</i> , <i>tanquam frivole, non esse delatum</i> .
				d. <i>Restitutorii</i> , quibus <i>judex revocat gravamen, a se appellanti illatum</i> .
				c. <i>Testis</i>

6. ob aliam quonlibet iustam causam ex qua etiam major
restitutio[n]em impetrat, ex generali. scil. Probat[ur] clausula:
Si qua omnihi iustis causa iudicatur. Num etiam hoc & con-
tra rem iudicatam lucum inveniat. Scolle inquit et affirmat,
Joh. Ioh. Wahl in Progr. ad D[omi]n[um] August[um] iudicat orationi
de Restitutio[n]e in integrum majorum adversus senten-
tiam provocatio[n]em non sufficiat, si e[st] contra re-
iudicatam. Gotting. 1751.

a b c d e

- e. *Testimoniales*, quibus *Notarius*, *appellationem interpositam esse*, significat.
- f. *Conventionales*, quibus significatur, *consensu partis appellationem receptam esse*.
- 3) *INTRODUCTIO*, quæ est *appellationis impetratae legitima coram judice ad quem insinuatio, intra legatum tempus facta, cum petitione pro obtainendis processibus*, qui constant
 - a. in *Citatione*.
 - b. in *Compulsorialibus*, quæ sunt *mandata sine clausula*, quibus *judici a quo sub pena pecuniaria injungitur, ut acta edat intra certum tempus*.
 - c. *Inhibitoriales*, quæ sunt *mandata*, S. C. quibus *judici a quo inhibetur, post interpositam appellationem attentata committere*.
- 4) *JUSTIFICATIO*, seu *PERSPECTIO*, dum *appellationis negotium ad finem perducitur, gravamina coram judice ad quem intra legatum tempus deducendo*.
- V. *Remedium SUPPLICATIONIS*, quod est *remedium extraordinarium, (in quibusdam rameris locis, præsertim in Ducatu Brunswicensi, remedium ordinarium est; & perinde ut Leuteratio, contra quodvis gravamen interponi solet) quo is, qui sententia, a qua appellari nequit, gravatus est, intra biennium petit, ut causa denuo cognoscatur & sententia reformatur. Cum quo convenit*
- VII. *Remedium REVISIONIS ACTORUM*, quod est *remedium extraord. quo iis, qui sententia Camerali (in patria S. Tribunalis) se læsos conqueruntur, ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum imperial, (in patria per Commissarios regios & Statuum provincial.) ad id deputatos, succurritur, quibus alio beneficio amplius succurri non poterat.*
- VIII. *Remedium NOVÆ DEFENSIONIS*, obtinet in *Criminalibus*, de quo infra.
- C. Quæ *judicium finitum SECVUNTUR*, quod si enim *sententia*, vel in *prima*, vel *secunda instantia*, non fuit ab altera parte *impugnata*, dicitur *RES JUDICATA*; quam denique sequitur *EXECUTIO*, quæ est *auctus, quo per magistratum id, quod per sententiam pronunciatum est, victori, quandoque cum refusione expensarum & sumtuum Litis, præstatur. Fit autem executio*

 - 1] per ipsius rei restituenda *ablationem & capturam manu militari*,
 - 2] per *impositionem Executoris*, cui quotidie certum solvendum *executio* *tionis pretium*,
 - 3] per *immisionem realem in bona condemnati*, quæ fit *vel ex primo decreto, quæ nudam saltem tribuit custodiam, & maxime in causis contumacie locum haberet*.

a b c

D 3

vel ex

a b c
 vel ex secundo decreto, qua *immissus jure pignoris tam diu bona utendo fruendo possidere potest, donec fructus exinde percepti respondeant iudicato vel estimationi rei petitæ.*
 4] per *adjudicationem* quorundam bonorum, s. in *solutum dationem*, prævia estimatione a peritis facta.
 5] denique per bonorum captorum *distraktionem*, s. *subbastrationem*, & pretii inde redacti *solutionem*.
 vel *EXTRAORDINARIUS*, quo non servato *solenni juris ordine* proceditur, & hic est vel *Irregularis* plane, s. *tumultuarius*, ubi *nullo processus ordine* observato proceditur, ut in *judicio Statario*, Germ. *Stand. Gericht*, vel quandoque *possessorio summarissimo*.
 vel *Regularis*, ubi quidem *observato juris ordine*, *isque quæ juris gentium sunt, observatis, levato tamen Velo*, i. e. *celeriter ac summariter*, proceditur, & hic est
 vel *EXECUTIVUS*, qui in debitis *liquidis* obtinet, ubi mox ad *recognitionem manus* citatur *debitor*, eaque *recognita* sequitur *condemnatio*, & hic est vel *Proprie talis*, cuius *probatio in continentib. haberi potest*, e. g. per *instrumentum gvaentigiatum*, quo *recognito* mox sequitur *mandatum S. C. de solvendo*, quod *paratam in dorso* habet *executionem*.
 vel *Improprie talis*, ut *Judicium ARRESTI*; quod est
 vel *Personale*, quando *persona debitoris* *arrestatur*, *quoties scil. de fuga est suspectus*.
 vel *Reale*, quando *res debitoris* *arrestantur*, & tribuit alicubi *jus pignoris prætorii* in *rebus arrestatis*, a die *imperati arresti*; petitur autem, *qua effectum*,
 vel *soli securitatis causa*, quo *casu non inducit* *litis pendentiam*, sed *processus in illo foro*, ubi *cœptus*, *continuandus*.
 vel *prorogandæ jurisdictionis*, ubi *etiam coram judice incompetente* inducit *litis pendentiam*. v. *MEV. P. IV. D. 348.*
 vel *SUMMARIUS*, ubi vel *ob periculum in mora*, vel *ob favorem causæ*, vel *personæ*, non *servatis terminis ac solennitatibus* *ordinarii*, sed, *itis in plurimis coarctatis, celeriori modo* proceditur.
 Cuius causæ recensentur a *CARPZOVIO* P. I. C. 2. d. 18 & in *Proc. T. I. a. n. 47.* it. in *Ordin. nostra Sum. Trib. Wismar. P. II. T. V.*
 Ex quibus potiores species sunt
 1] *Processus POSSESSORIUS*, ubi de *retinenda possessione agitur*; qui tamen quandoque *irregularis esse* potest, si metus *armorum* subfit.
 2] *Processus CONSISTORIALIS*, quo spectant *omnes causæ ecclesiasticae*, quæ fori sunt *ecclesiastici*, in primis *Matrimoniales*; quem *speciatim descripsit LUDOVICI* in der *Einleitung zum Consistorial-Proceß*.
 3] *Processus FEUDALIS*, quem *itidem speciatim prosecutas est LUDOVICI* in der *Einleitung zum Lehnu Proceß*.
 4] *Proc.*

4] Processus MILITARIS, quem laudatus auctor, nec non noviss. Dn KNORRE,
data opera delineavit in der Einleitung zum Kriegs Procesß

5] Processus CAMBIALIS, quem iudicem speciatim delineavit LUDOV. in der
Einleitung zum Wechsel Procesß.

6] Processus HOSPITII, das Gast-Recht, in causis scil. Advenarum, s. Hospitum,
qui in persona, vel per Mandatarium, e longinquo adveniunt, & litis pera-
genda gratia hic commorantur. v. Dn. AUG. BALTHASARIS Disp. de
Iure Peregrinorum singulari circa Processum, Gryph. 1742.

7] Processus CONCURSUS CREDITORUM, s. CRIDA; quando Debitoris bona multi-
tudini Creditorum non sufficiunt, ut his de prioritate, seu ordine, quo inter se
collocandi, maxime sit disceptandum. Qui, cum ob multitudinem litium, hic
concurrentium, multis protractionibus sit expositus, processus summario
accenserur, & vel a Creditoribus vel a Judge ex officio excitatur, quo
casu Concursifex, s. Cridarius, dicitur excitatus; vel ab ipso debitore, &
tum hic dicitur Cedent, in casu ubi beneficium Cessionis ipsi non denegan-
dum. f. Absolvitur autem hicce processus potissimum in iis, ut
1] ante omnia constitutur CURATOR BONORUM, qui Inventarium cōficiat,
& corpus bonorum conservet.

2] CONTRADICTOR, s. ADVOCATUS COMMUNIS, qui Creditoribus liquidanti-
bus in judicio respondet.

3] CITATIO EDICTALIS fiat mediantibus trinis proclamatibus.

4] LIQUIDATIO CREDITORUM.

5] CLASSIFICATIO corundem per sentent. prioritatis, quam nuper, secundum
Jus Commune æque ac particulare Provinciæ, succincta ac facili methodo
delineavi per Tabellas.

6] TAXATIO & SUBHASTATIO bonorum publica.

7] DISTRIBUTIO præviis iterum trinis proclamatibus. vide LUDOVICI
Einleitung zum Congurs Procesß.

vel CRIMINALIS, qui in causis criminalibus, Germ. in peinlichen Fällen, so auf Hals
und Hand, Haut und Haar gehen, obtinet. Et est

vel ACCUSATORIUS, qui fit per solennem delationem criminis a privato, mediante
libello rite formato; Tenebatur autem olim actor libro publico semet
inscribere, ut si in accusatione deficeret, eandem pœnam sustinere veller,
quam sustinuisset accusatus, ubi de crimine fuerit convictus, quod Inscriptio,
s. subscriptio in crimen dicebatur. vid. t. t. ff. de Accusat. & Inscript.
Ad hunc potissimum directa est Constat. Crim. CAROLI V. quæ saltem
cautionem requirit ab accusatore, ni velit incarcерari. vid. art. 10. Hinc
hodie rarissime, frequentius autem processus inquisitorius, intentatur

vel INQUISITORIUS, quo magistratus competens ex officio ad legitimam DENUN-
CIATIONEM, vel FAMAM publicam, vel IPSE, vel per constitutum FISCALEM
in delictum commissum inquirit, & delinquentem ad promeritam pœnam.

In Pomerania offerent
suebols pauli hith-
tiori quam si bonis
effigie dicantur.

pœnam. Hic a Papa INNOCENTIO III. Sec. XII. introductus. vid. c. 14, 16.
17 x. de Accusat. & hodie est frequentissimus. Et hic itidem respiciendum
ad ea, quæ

A. Judicium Criminale PRÆCEDUNT; quo spectat INQUISITIO; quæ est
vel Generalis, quæ in primis tendit ad CORPUS DELICTI & personam delinquentem
manifestandam. Est autem CÓRPS DELICTI
vel facti permanentis, quod perpetua vestigia post se relinquit.
vel transiuntis, quod fecerunt, ut e. g. Adulterium.
vel Specialis, quæ suscipitur contra certam personam, indicis gravatam; & hæc est
vel Summaria, quæ saltem summaria rei vel testimoniū depositione constat.
vel Ordinaria, quæ responsionem ad articulos, ut in delictis gravioribus, re-
quirit. Supponit autem omnis specialis inquisitio certa INDICIA, quæ
sunt probabiles criminis commissi conjecturæ, ex circumstantiis petendæ,
& sunt
vel Illegitima; quo olim referebatur Cruentatio cadaveris, Judicium Fe-
retri, das Baar Recht dictum; &c. quæ tamen vix nomen indiciorum
merentur.
vel Legitima, quæ cum crimine, quod inde elicitur sunt connexa, ita ut conse-
quentia sana ratione percipi possit. Et hæc sunt
1] vel Communia, quæ omnibus delictis respondent; e. g. mala fama de-
linquentis.
vel Propria, quæ certis tantum delictorum speciebus insunt.
2] vel Remota, s. leviora, quorum nexus cum crimine paululum remotior
est, vel aliis indiciis, pro reo militantibus, facile elidi possunt, ut
hinc defensioni pro avertenda inquisitione sit locus
vel Proxima, s. concludentia, s. graviora, quorum nexus proprietor est,
magisque concludunt; ut hinc admixtum semiplenam inducent
probationem, ut INCARCERATIO locum habere posse; qua rens
corpore detinetur, ne contra incommoda processus fuga sibi consulat.
Est autem CARCER.
vel Custodie, de quo hic, qui supra terram locus esse debet, ne sani-
tati inquisitorum detrimentum inferatur; Licet inquisitus
quandoque ferramentis, seu compedibus, ligandus.
vel Pœna; de quo infra

B. Quæ IN IPSO JUDICIO sunt. Ubi distinguitur, quod inquisitus sit
vel absens, extra scil. territorium Principis, in quo delictum est perpetratum;
& tum
vel in fugam se conjiciens reus persequitur mediantibus literis patentibus,
ad quemlibet magistratum directis, quibus ejus, si ibidem deprehen-
datur, arrestatio petitur.
vel certo constat, ubi locorum degat inquisitus; tum Magistratus illius loci
in subsi-

a b c

a b c in subsidium juris requirendus, ut remittat delinquentem ad locum
 delicti, datis a magistratu requirente literis REVERSALIBUS, quibus
 promittit, se in simili casu iustitiae auxiliatricem opem praestitum.
 vel non constat; & contra absentem processus formatur, qui jur. Sax. Pro-
 cessus BANNI, Germ. die Acht, oder Stadt, Feste, audit, ita ut mox rei
 bona arrestentur & hic in trium diversorum dominorum territoriis
 citetur, & tum reus
 vel comparere & defensionem suam agere vult, petendo SALVUM CONDU-
 CTUM, qui est afferatio judicialis, qua reus absens licentiam impos-
 trat in loco judicij libere commorandi. Et hic est
 vel Generalis, qui absenti saltem securitatem ad tempus breve tribuit, nec
 l cautionem desiderat. Qui fere in praxi ignoratur.
 vel Specialis, qui reo, sub cautione de se iudicio criminali tempore sententiae
 sistendo, conceditur, ad defensionem suam interim peragendam.
 Quamvis alicubi locorum, ut in Svecia, etiam abeundi licentia post
 sententiam concedatur.
 vel contumaciter emanet, & tum, accusata absentis contumacia probataque
 delicti qualitate, sententia contra eum, prout acta inferunt, fertur,
 quæ, reo aliquando comparente, executioni mandatur.
 vel praesens, & tum compellitur
 1] ad summariam facti narrationem,
 2] Litis contestationem, quæ fit responsione ad articulos inquisitionales.
 3] Si delictum negaverit, Advocatus Fisci probationem ejus per Testes in-
 stituit.
 4] Si plures sint testes, vel Correi, invicem dissidentes, decernitur CONFRON-
 TATIO, quæ est oralis dissidentium Testium vel correorum inter se invicem
 ad indagandam veritatem a judice facta comparatio ac comparsio.
 5] DEFENSOR inquisito, etiam confessio vel convictio, nec petenti, constituitur,
 qui, pro statu cause, vel pro avertenda confrontatione vel tortura, vel
 poena ipsa, aut ad ejus mitigationem agit.
 6] Acta irrotulantur, & ad Facultatem juridicam, in primis si judicium illite-
 ratis Assessoriibus constet, transmittuntur.
 7] Tandem sequitur Sententia iudicis, quæ est
 vel Interlocutoria, utpote si QVÆSTIO CRIMINALIS, Germ. die peinliche
 Frage, fuerit dictata; quæ est interrogatio judicialis, qua gravioram
 criminum rei ad dicendam veritatem legitime adiunguntur. Et est
 vel TERRITIO, qua inquisitus saltem sub metu tormentorum ad veritatem
 dicendam adigitur, & iterum est
 vel Verbalis, qua solis verbis corporis cruciatus se reo illaturum. Iudex
 se simulat, ita ut Carnifici tradatur, qui tamē manu ipsum haud
 apprehendit.

E

vel

a b c d
 vel *Realis*, qua *Corrisex* reum manu prehendit, instrumentis quandoque
 alligat, legt ihm die *Vanden* an, & sic tormenta ipsi applicare se
 simulat.
 vel *TORTURA*, quæ est *interrogatio* per *varios cruciatus*, & est
 vel *Corporalis*, quæ fit per *cruciatus corporis*, & *varios* habet *gradus*,
 quorum singuli, pro diversa diversorum locorum observantia,
 varia admittunt *crudiaturum* genera. In patria nostra 3, sicutem
 dantur ejus gradus; quorum consistit
 1] in *in Pollicum compressione*, Germ. Anlegung der Daumenschrauben,
 qui tamen alibi ad *præludia* refertur.
 2] in *applicatione ocrearum hispanicarum*, Spanische Stiefel,
 dictarum.
 3] in *applicatione fidiculorum*, der Schnüren, vel etiam *expansio*,
 ne membrorum corporis per scalam, vulgo der gespickte Haase,
 dicta; Qui ultimus tamen modus raro & non nisi in gravissimis
 delictis applicari solet. *Præter* instrumenta autem recepta nova
 tormentorum genera absque *præficiu* superioris applicare haud
 licet.
 Reo in tortura confitente, post aliquot dies ejus requiritur rati-
 habitio in loco judicii vel alias libero.
 vel *Spiritualis*, qua secundum jus Canon. animæ cruciatus inferuntur,
 quorum referunt *Juramentum purgatorium*; Si scil. leviora ad-
 sunt *indicia*, & reus sit persona de qua perjurium non facile sit
 metuendum; alias nequaquam admittendum, secundum vulga-
 tum proverbium: Kommt der Dieb zum Eyde, und der Wolff zur
 Heyde, so haben sie beyde gewonnen Spiel.
 vel *Definitiva*, & hec est
 vel *Absolutoria*, quæ statim, simul ac lata, vim rei judicatæ habet.
 vel *Condemnatoria*, contra quam regulariter non admittitur *Appellatio*,
 sed saltrem *nova defensio*, cuius reiteratio denuo fieri potest.
 C. Quæ *POST JUDICIUM* sequuntur, tendunt
 vel ad *sententia* *EXECUTIONEM*, quem in finem
 1] institui solet *solenis repetitio judicij criminalis*, ministro publico stricto
 gladio clamorem Zettericum ingeminante.
 2] *fractio baculi*, in signum finiti judicij.
 3] reus traditur *CARNIFICI*, inde Nachrichter dicto, qui dictatam Poenam ipsi
 infligit. Est autem *POENA malum passionis propter malum actionis vel*
omissionis. Quæ in sensu generali est
 vel *Conventionalis*, quam *partes* *sibi* *invicem* *in casum* *non servati* *ab altero*
contractu *stipulantur*. Quæ tamen non est hujus loci.
 vel *Legalis*, quam *ipsa lex* vel *Judex* *dicitat*, & hec est
 vel *Civile*.

vel *Civilis*, quæ ad *actoris* interesse tendit & consistit in præstatione pecuniaria. *De quæ P. 111 p. 809*
 vel *Criminalis*, quæ tendit in satisfactionem *Fisci* vel *Reipublicæ*, Germanis: die
 auf Haut und Haar, Hals und Hand gehen. Et hæc est
 1] vel *Ordinaria*, quæ *Legibus publicis singulis criminibus determinata* est.
 1] vel *Extraordinaria*, quam *Judex* pro variatione *circumstantiarum* temperat.
 2] vel *LL. probata*,
 vel *improbata*,
 vel *desuetudine* abolta, vid. *BÖHM. Comp. ff. de Pœn. S. 4.*
 3] vel *Capitalis*, quæ *caput* admit, & quidem olim tam *naturale*, quam *civile*.
 Hodie vero, quæ mortis supplicium infert, ntp. *Pœna GLADIIS, LAQVEI, ROTÆ, CULEI, IGNIS, DISSECTIO in quatuor partes &c.*
 His penis *CADEVERA* quandoque in terrorem aliorum loco publico
 executionis affixa manent, vel etiam *Anatomiae* traduntur, v. *BÖHM. c. 1. Tit. ff. de Cadaveribus punitorum.*
 vel *Non Capitalis*; quæ affligit
 1] *CORPUS*, & hinc *corporis afflictiva* audit; quod fit
 vel *Directe*;
 vel *cum mutilatione membrorum*; Ut *manus, aurium, digitorum*
AMPUTATIO;
 vel *sine ea*; Ut *ADUSTIO igneis forcipibus*, Zwickung mit glügenden
 Zangen; *injustio STIGMatis* in fronte vel dorso, *Brandmarc*;
FUSTIGATIO, Stanzen, Schlag & ac *FLAGELLATIO*, Spieß,
 Ruten oder Peitsche; *Positio ad NUMELLAS*, die Stellung am *Frieden*
 Pranger oder Räck. *Impositio in EQVUM vel ASINUM ligneum*,
 das Reiten auf dem Esel, &c. *gonten, Polypor Bock* *Bzanißtorma*
 vel *Indirecte*.
 vel per *EJECTIONEM e loco*; quo spectat *DEPORTATIO*, s. *EXILIIUM*.
INTERDICTION AQVÆ & IGNIS, BANNUM, quo quis ab *Imperatore* & *Imperio* e finibus *torius Imperii* *prostigitur*. *PROSCRIPTIO*, qua *Princeps territorialis* aliquem extra fines sui
 territorii expellit. *RELEGATIO*, qua etiam ab alio *Magistratu*,
 respectu suæ ditionis, fieri potest, vel ad tempus, vel in per-
 petuum.
 vel per *INTERDICTIONEM LOCI*, vel *officii*. v. *BÖHMERI Comp. ff.*
Tit. de Interdictis, relegatis. &c.
 vel per *ADDICTIONEM ad certum locum*; ut *CONFINATIO*, quando
 quis *intra* certos fines loci, quos *transgredi* non debet, *includitur*.
 Exempl. est i. *Reg. II. 36. scqq.* *CARCER*, quando *arxiori* quo-
 dam *conclavi* *inclusus* quis *tenetur*, qui *alius* est *Custodia*, de
 quo supra pag. 32. *alius Pœnae*, de quo hic; *Hæc* *pœna* in *jur.*
Canon dicitur *IMMURATIO*; quæ est *vel cum*, *vel sine*
CARENA, i. e. *Cibatione*. E 2 Hæ

a b

Hæ pœnae quando infliguntur, plerumque a delinquentे præstatur UR-
PHEDA, quæ est juramentum, quo delinquens, se nolle vindictam pœnae
sibi infligere sumere nec a judice, eiusque ministris, nec ab accusatore aut
denunciante ejusque familia, nec etiam, si relegatus fuerit, se redire velle,
jurat.

2] FAMAM, quæ famosa dicitur, quoniam INFAMIAM infert, quæ est privatio
bonæ ac civilis existimationis, quam quilibet in societate civili apud honestos
viros habet; Et est
vel JURIS, quæ contrahitur ob factum, speciatim a lege notatum. & quidem
vel immediate, nulla præcedente sententia, in delictis scilicet notoriis,
vel mediate; prævia sententia condemnatoria, in delictis non adeo certis,
quæ proprie hujus loci est.
vel FACTI, quæ oritur quidem ex facto turpi, lege tamen præcise non notato.
vel LEVIS NOTÆ MACULA; quæ nullum quidem factum turpe, ex opinione
ramen vulgi, (cui aliquid indulgendum,) maculam quandam, vel ex ab-
jecto vita genere, vel ex defectu legitimorum natalium, ortam supponit;
Quæ autem hoc non spectat.

3] BONA; quo spectat CONFISCATIO, quando bona delinquentis ob delictum Fisco
cedunt; item MULCTA, quæ est pœna aliqua pecuniaria, pro delicti gravitate
& facultatibus rei, imposta,
vel ejus MUTATIONEM; quo spectat

1) AGGRATIATIO; quæ est exemptione rei jam condemnati a pœna, s. remissio
pœnae. Et sit a solo Principe, & locum invenit, in pœnis jure humano,
non vero divino positivo universali, ut Homicidii, statutis. Differt ab
ABOLITIONE Processus, quæ sit ante sententiam.

2) MITIGATIO, vel TRANSMUTATIO POENÆ, quæ est durioris pœnae, secun-
dum leges dictata, in mitiorem transformatio. Hæc, si capitalis vel
corporis afflictiva pœna fuerit dictata, absque præscitu Principis non;
In levioribus vero, si justa causa mitigationis adsit, a Magistratu in-
feriori, merum imperium habente, fieri potest. vid. STRUVII Juris-
prud. for. L. III. T. 28 §. 3. Hujus contrarium est AGGRAVATIO
s. EXASPERATIO POENÆ, quæ est mitioris pœnae in graviorem trans-
mutatio; & soli Principi competit. v. § 6. J. de N.G. & C. ibique HOPP.

3) RESTITUTIO, quæ est ejus, qui executionem sententiae, pœnam non capita-
lem inferentis, iam passus, in priorem statum reducio. Et est
vel Justitiae,
vel Gratiae. Hæcque iterum
vel Plena,
vel Minus Plena. Qua de re vid. HOPP. ad §. 1. J. Quib. mod. J.
P. P. solv.

* * * * *

-21.

hs na

unm


2 obli;


459.
E manu


now

111431.

unm.







Hæ poenæ quando infliguntur, plerumque a delinquentे præstatur V. R. P. H. E. D. A., quæ est juramentum, quo delinquens, se nolle vindictam poenæ sibi infligere sumere nec a judice, ejusque ministris, nec ab accusatore aut denunciante ejusque familia, nec etiam, si relegatus fuerit, se redire velle, jurat.

2] FAMAM, quæ famosa dicitur, quoniam INFAMIAM infert, quæ est privatio bonæ ac civilis existimationis, quæam quilibet in societate civili apud honestos viros habet; Et est
 vel JURIS, quæ contrahitur ob factum, speciatim a lege notatum. & quidem
 vel immediate, nulla præcedente sententia, in delictis scilicet notoriis,
 vel mediate; prævia sententia condemnatoria, in delictis non adeo certis,
 quæ proprie hujus loci est.
 vel FACTI, quæ oritur quidem ex facto turpi, lege tamen præcise non notato.
 vel LEVIS NOTÆ MACULA; quæ nullum quidem factum turpe, ex opinione
 tamen vulgi, (cui aliquid indulgendum,) maculam quandam, vel ex ab-
 jecto vita genere, vel ex defectu legitimorum natalium, ortam supponit;
 Quæ autem huc non spectat.
 3] BONA; quo spectat CONFISCATIO, quando bona delinquentis ob delictum Fisco
 cedunt; item MULCTA, quæ est poena aliqua pecuniaria, pro delicti gravitate
 & facultatibus rei, imposta.
 vel ejus MUTATIONEM; quo spectat
 1) AGGRATIATIO; quæ est exemptio rei jam condemnati a poena, s. remissio
 poenæ. Et sit a solo Principe, & locum invenit, in poenis jure humano,
 non vero divino positivo universali, ut Homicidii, statutis. Differt ab
 ABOLITIONE Processus, quæ sit ante sententiam.
 2) MITIGATIO, vel TRANSMUTATIO POENÆ, quæ est durioris poenæ, secun-
 secundum leges dictatae, in mitiorem transformatio. Hæc, si capitalis vel
 corporis afflictiva poena fuerit dictata, absque præcitu Principis non;
 In levioribus vero, si justa causa mitigationis adsit, a Magistratu in-
 inferiori, merum imperium habente, fieri potest. vid. STRUVII Juris-
 prud. for. L. III. T. 28 §. 3. Hujus contrarium est AGGRAVATIO
 s. EXASPERATIO POENÆ, quæ est mitioris poenæ in graviorem trans-
 mutatio; & soli Principi competit. v. § 6. J. de N.G. & C. ibique HOPP.
 3) RESTITUTIO, quæ est ejus, qui executionem sententia, poenam non capita-
 lem inferentis, jam passus, in priorem statum reducio. Et est
 vel Justitiae,
 vel Gratiae. Hæcque iterum
 vel Plena,
 vel Minus Plena. Qua de re vid. HOPP. ad §. 1. J. Quib. mod. J.
 P. P. solv.

* * *

